



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Seelen-Hülff Für Krancke und Gesunde

Nakatenus, Wilhelm

Cöllen, 1681

Benedictio Sacerdotis super ægrotantem

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60112](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60112)

BENEDICTIO SA-
cerdotis super ægrotantem, ex
Rituale Romano.

Benedictio Dei omnipotent. &c. vid. 75.

Adjuutorium nostrum in nomine Do-
mini. R. Qui fecit cœlum & terram.
V. Domine exaudi orat. &c. V. Dominus
vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens & misericors Deus, qui
humano genesi & salutis remedia,
& vitæ æternæ munera contulisti: Respi-
ce propitius (famulum tuum N.) infirmi-
tate corporis laborantem, & animam
refove, quam creâsti; ut in hora exitus il-
lius absque peccati macula tibi Creatori
suo per manus sanctorum Angelorum re-
præsentari mereatur. Per Dominum no-
strum Jesum Christum, &c.

*Ad impetrandam sanitatem sive mentis,
sive corporis, vide pag. 77.*

Super ægros manus imponent, & be-
nè habebunt. Jesus Mariæ filius, mun-
di salus & Dominus, meritis & interces-
sione Sanctorum Apostolorum suorum
Petri

Petri & Pauli, & omnium Sanctorum, sit
tibi clemens & propitius. Amen.

℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum Spirit.

Evangel. Marc. 16. ad libitum recitandum.

In illo tempore, recumbentibus undecim discipulis, apparuit illis Jesus, & exprobravit incredulitatem eorum & duritiam cordis: quia his, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt, & dixit eis: euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur novis: serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit; super ægros manus imponent, & benè habebunt.

Vel legatur sequens Evangelium.

Dominus vobiscum, &c. ℣. Initium S.

Evangelii secundum Joannem.

℞. Gloria tibi Domine.

In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia

per